



## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,  
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]  
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum  
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

**Burchardus <Wormaciensis>**

**Parisiis, 1549**

Vt episcopus quasi hospes se continere debeat. ciiii.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10722**

D. BVRCHARDI EPIS. VVORMAC.

*De ignorantia omnibus maximè sacerdotibus  
vitanda.* Cap. C.

*Ex cōcil. Toletano* **I**gnorantia mater cunctorum errorum, maximè in sacerdotibus Dei vitanda est, qui docendi officium in populis suscepereunt. Sacerdotes enim legere sancta scriptura admonet, Paulo apostolo dicente ad Timotheum: Intende lectioni, exhortationi. Doctores semper se permanere in his sciant. Igitur sacerdotes scripturas sanctas & canones meditentur, ut omne opus eorum in prædicatione & doctrina consistat, atque ædificant cunctos, tam fidei scientia, quam operum disciplina.

*Vt episcopus dissidentes concordare cōpellat.* Cap. CI.

*Ex cōcil. Cartha.* **S**tudēdū est episcopo ut dissidētes fratres, siue clericos, siue laicos ad pacē magis, quam ad iudiciū hortetur. cap. 26.

*Vt in die dominica rerum dijudicationes non  
fiant.* Cap. CII.

*Ex conci. Spalensi.* **V**T nullus episcopus, vel infra positus, die dominico causas iudicare præsumat. cap. 2.

*De domestica & interiori conuersatione episcoporum.* Cap. CIII.

*Ex conci. Aureliā.* **D**ecreuit sancta synodus domesticam & interiorem episcopi conuersationem totius reprehensionis atque suspicionis impenetrabilem fieri debere, vt iuxta Apostolum prouideamus bona, non solū coram Deo, sed etiam coram omnibus hominibus. Oportet igitur ut cubiculo episcopi & secretioribus quibuslibet obsequiis sincerae opinionis sacerdotes & clerici assistant, qui vigilantem, orantem, sacra eloquia scrutantem episcopum suum iugiter attendant, eiusque sanctae conuersationis testes, imitatores, & ad Dei gloriā prædicationis existat.

*Vt episcopus quasi hospes se cōtinere debeat.* Cap. CIV.

*Ex dictis August.* **E**piscopus quasi hospes fieri debet, & priuatam domū nō habeat, sed quasi hospes esse debet, vt Christus ait: Filius hominis non habet ubi caput suum reclinet.

*Vt episcopi frequenter Missas celebrēt.* Cap. CV.

*Ex cōcil. Arausi-* **S**tatuimus, vt non tantū dominicis diebus, & præci- co, cap. 3. spuis festiuitatibus episcopi Missas celebrent, sed quum possibile fuerit, quotidiana quoque sacrificia frequentent, nec fastidian.